

Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R. D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo S. Stephani Protomartyris.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](http://urn.nbn.de:hbz:466:1-56262)

uium, id est, peccatum vixeris, Ecclesia tua
vineam plantasti, cuiusque vino, id est, amore
inebriatus, mortis somno in crucis arbore,
& hodie patientia sopore in stabulo oppre-
sus iacuisti, ac nuditatem tuam, paupertatem
omniumque rerum contemptum ostendisti,
atque ideo a scelerati Cham progenie, id est,
infidelibus, perfidis Christianis, atque adeo
vniuerso mundo delusus fuisti. O Christe,
olim Verbum in creatum, & mundo Verbum
incarnatum; Verbum quod sit caro, ut nos
Spiritus efficiat & Angelos; Verbum quod
humanitatem induit, nobis ut diuinitatem
conferret; quod se humiliat, quo nos exal-
tet, quod sit homo, quo nos efficiat Deos,
quod cœlo descendit, quo nos eodem ascen-
damus, quod in stabulo iacet, nos ut cœlo in-
ferat, quod in præsèpio reclinatum est, nos
ut in regio throno collocet; quod inter ani-
malia conspicitur, quo Angelorum confor-
tio gaudeamus. O Messia, Christe ac Domi-
ne vere admirabilis, ac digne, qui in perpe-
tuum celebreris, gratiam obsecro nobis con-
cede, ut humilitatem tuam agnoscere, pau-
pertatem imitari, virtutem tuam seriem sequi vale-
amus, ut laudes tuae nostra sint in posterum
carmina, tua mirabilia, quæ edis opera, nostra
admiratio, tua virtutes nostra imitatio; tua
que agendi ac vivendi ratio nostra discipli-
na, ac toties Messiam & Natalitiam Domini in
hoc mundo in stabulo nati deantemus, ut
eadem in cœlo quoque, ubi regnat in gloria,
aliando canere valeamus, ad quod nos
perducant Pater, & Filius, &
Spiritus S. Amen.

THEOLOGICI
IN FESTO S. STEPHANI
PROTOMARTYRIS.

Partitio.

1. *Depræstantia Martyrii.*
2. *De supplicio lapidationis & Martyrum for-
titudine.*
3. *De inuidio Protomartyrio S. Stephani.*
4. *De visis cœli apertis.*
5. *De insidente in cœlum.*
6. *De orante profusa lapidatoribus.*

*Video cœlos aperros, & Iesum stantem à de-
xtris virtutis Dei. Actor. 7.*

F. I. G. V. R. A.

INNOCVVS Israelita Naboth, cum per- 3 Reg. 15.
lido Regi Achab, quam a maioribus acce-
perat vineam nollet cedere, impia Iesabelis
astu accusatus & circumuentus, regio tandem
edicto lapidibus obrutus fuit, & extinctus. Martyr.
Hodie nouus quidam Israelita, Leuita scilicet Stephanus, ob Ecclesiæ, quæ vere Iesu
Christi Patris nostri cœlestis, vinea est, de-
fensionem nefarie accusatus, perfide Syna-
gogæ, quæ gentibus dominatur, iussu & im-
perio ad lapides cōdemnatur, & condemnatus
occubuit. O iudicium iniquum! o cruentum
martyrium! o mortem oimis ah attrac-
cem! cetera, quæ ad eandem spectant, scietis,
si Spiritus S. opem inuocauerimus, ac Deipara-
ram solitis verbis salutauerimus; dicamus i-
gitur omnes vñanimi voce:

A V E M A R I A.

Tanti semper a Sanctis olim Patribus,
Auditores, in Ecclesiis diuinum illud marty- I.
ri priuilegium habitum est, nihil ut aut ex-
cellentius, aut quod maioris meriti foret, in Martyr.
Christiana posse religione reperiri censeret.
Huius opinonis fuit Angelicus D. Thomas, art. 1. q. 12.
qui nimurum Martyrum triumphos ipsis Cō- dignitas.
fessorum ac Virginum trophæis & coronis, art. 2. 4.
aliorumq; Sanctorū gloria longe anteponit.
Et

Et merito, hoc namque & ipse Redemptor mundi Christus olim confirmavit, dicens: *Ioan.15.* *Maiorem* *hac dilectionem* *nemo* *habet*, *quam* *ut* *animam* *suam* *ponat* *quis* *pro* *inimicis* *suis*: *hoc* *porro* *faciunt* *gloriosi* *Christi* *Martyres*, *qui* *ob* *amorem* & *honorem* *Dei*, & *ad* *zelum* *iu-*
um *demonstrandum*, *vitam* *suam* *prodigunt*, *gladioque* *carnicis* *exponunt*. *Sunt* *igitur* *illi* *omnium* *sanctorum* *maximi* *ac* *perfectissimi*. *Vel* *dicere* *forsitan* *voluit*, *Charitatem* *omnium* *meritorum* *principium* *ac* *fontem* *esse*, & *quo* *illa* *maior* *est* & *amplior*, *eo* & *meritum* *maius* *esse* & *efficacius*; *qui* *que* *maiores* *in* *hoc* *mundo* *charitatem* *demon-*
strarunt, *maiores* *quoque* *in* *gloria* *ac* *beati-*
tudine *in* *altero* *fore*. *At* *praelata* *hac* *vir-*
tus *in* *Martyribus* *maxime* *reniter* *ac* *plenè* *det*: *Maiorem* *namque* *charitatem* *nemo* *habet*, *quam* *ut* *animam* *suam* *qui* *ponat* *pro* *amicis* *suis*. *Per* *transennam* *vos* *hic* *notare* *velim* *animam* *hic* *pro* *vita* *capit*, *ut* & *in* *illis* *verbis*: *Quis* *di-*
lige *animam* *suam*, *perdet* *eam*. *Vnde* *efficere* *charitas* *cę-*
possumus, *nobiles* *illos* *athletas*, *qui* *in* *cha-*
terorū *San-*
ritate *primi* *ac* *summi* *sunt*, *in* *meritis* *etiam*
ctorū *chari* *primos* *esse*. *Quod* *ita* *demonstro*: *Quid* *e-*
tate *maior*. *nim* *in* *mundo* *haberi* *queat* *generofus*, *no-*
bilius, *excellenter*, *aut* *meritorum* *magis*, *quam* *vitam* & *sanguinem* *ultra* *prodigere*? *quid* *maiori* *in* *hac* *vita* *mercede* *dignum*?

Christus *cum* *in* *Euangelio* *de* *Apostolo-*
rum *prēmio* *ac* *mercede* *ageret*, *ait*: *Et* *omnis*
qui *reliquerit* *domum*, *vel* *fratres*, *vel* *frères*, *aut*
patrem, *aut* *matrem*, *aut* *uxorem* *&* *filios*, *aut* *agros*
propter *nomen* *meum*, *centuplum* *accipiet*, *&* *vi-*
tam *eternam* *possidebit*. *Nihil* *de* *illis* *ais* *Do-*
mine *qui* *propter* *gloriam* *nominis* *tui* *vitam*
propriam *relinquent*? *quas* *illis* *laureas*, *quas*
coronas, *quam* *mercedem* *constituiti*? *Ne-*
mo *dubitetur*. *Si* *enim* *tantum* *prēmium* *datu-*
rum *se* *spondidit* *iis*, *qui* *vel* *domum*, *agrum*,
vxorem *relinquerent*, *maiora* *profecto* *ser-*
uauit *vitam* *offerentibus*, *ut* *meritum* *hoc*
maius *est* & *amplius*, *ita* *quoque* *merces* *il-*
lius *maior* & *amplior* *sit* *oportet*.
Cum *Abrahæ* *Deus* *olim* *zelum* & *amo-*
rem *vidisser*, *quo* *vnicum* *filium* *Isaac* *immo-*
lare *decreuerat*, *tanti* *eum* *fecit*, *tantiq;* *me-*

riti *censuit*, *ut* *dixerit*, *Per* *memetipsum* *iurauit*, *Gen.22.*
quia *fecisti* *hanc* *rem*, *&* *non* *pepercisti* *unigenito*
filio *tuo* *propter* *me*, *benedic* *tibi*, *&* *multipli-*
cavo *sementum* *sicut* *stellar* *caeli*. *Sitanti* *Deus*
vnican *Patriarcha* *huius* *voluntatem* *obe-*
dientiam *que* *fecit*, *quanti* *obsecro* *faciet*
promptitudinem *Martyrum*, *qui* *ut* *eidem*
obedirent, *amorem* *suum* *testarentur*, *se*
ipsos *in* *Sacrificium* & *holocaustum* *obrule-*
re? *de* *quibus* *verba* *illa* *Psalmographi* *vsur-*
pare *debemus*, *Propter* *te* *moysi* *amur* *ta die*,
etiam *sunt* *sicut* *ones* *occisionis*.

Psal.43.

Promisit *olim* *Christus* *amplissimam* *mer-*
cedem *iis*, *qui* *in* *nominis* *illius* *honore* *vel*
vnum *aqua* *frigidæ* *calicem* *pauperi* *darent*.
Audiamus *promisum*: *Et* *quicunque* *potum* *de-*
derit *vine* *minimus* *ijus*, *calicem* *aqua* *frigidæ* *et* *ā* *Matth.10.*
tum *in* *nomine* *discipuli*, *amen* *dico* *vobu*, *non* *per-*
det *mecedem* *suam*. *Vnde* *efficio*, *si* *Dominus*
propter *vnum* *aqua* *frigidæ* *haustum* *tam*
amplam *se* *mercedem* *daturum* *promisit*, *am-*
pliorem *profecto* *dabit* *eis*, *qui* *propter* *amo-*
rem & *gloriam* *nominis* *illius* *omnem* *suum*
sanguinem *effundent*, *vitamq;* *crudelissimo*
Martyrio *finient*. *Ecqua* *namque* *inter* *aqua*
& *sanguinem*, *inter* *eleemosynam* & *vitam*
comparatio *aut* *similitudo*? *annon* *enim* *plu-*
rum *inter* *se* *differunt* *dare* *frigidam*, & *ca-*
lentem *effundere* *in* *signum* *amoris* *sange-*
nem? *Nihil* *igitur* *est*, *quod* *Martyrum* *me-*
ritis *et* *quipare* *tur*, *aut* *quod* *maiores* *à* *Deo*
mercedem *exigat*.

Sephora *Moyis* *vxor*, *cum*, *ut* *mariti* *vi-*
tam *conseruaret*, *qui* *Deum* *negligentia* *sua* *in* *hignis*.
ac *tergiuerlatione* *offenderat*, *filios* *circum-*
cidis *et* *et* *dixisset*: *Iam* *reipsa* *ostendi*, *o* *marite*, *quo* *te*
affectu *prosequerer*, *filiorum* *scil. sanguinem*
in *vita* *tua* *defensionem* *effundendo*; *et* *quu*
iam *igitur* *est*, *ut* *reciproco* *me* *amorediliges*.
Si *fecimina* *his* *apud* *maritum* *verbis* *aliquor*
sanguinis *guttas* *in* *circumcisione* *effusas*, &
proper *aliquot* *doloris* *aculeos*, *qui* *candem*
comitabantur, *vti* *potuit*, *quanto* *maiori* *ea-*
dem *ratione* *repetere* *apud* *Deum*, *verum* *a-*
nimarum *sponsum*, *poterunt* *Martyres*, *cum*
propter *illius* *fidem* *honorem*, *cuiusque* *gloria*
defensionem *oīnem* *sanguinem* *effudexint*,
scipos.

seipsoſ non doloribus circumcitionis, ſed crudelibus mortis ſuppliciis expoſuerint. Horum igitur eſt dicere, *sponſus ſanguinum tu nobis*: ſi enim Virgines & Confefſores amnes, Martyres profecto maiori te amore & affectu proſequi oportet, cum ob honorem & nominis tui gloriam ſanguinem profuderint, & venas omnes evacuarint.

Gen. 4.

Initio Genesios dicitur: *sanguis Abel iniuste à fratre interfecti in cœlum clamare, vt eiusdem etiam clamore excitatus Deus dixerit, Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Primus Martyr fuit Abel, idque in lege naturæ, eiusque ſanguinis clamor ab eo tempore deſignabat ſanguinem Martyrum de terra clamaturum. Et quid: generofitatem quan- dam ſingularē, animum inſtructum, caritatem admirabilem, patientiam incredibilem, ad hæc meritum infinitum, quodque omnia merita antecelleret. Quod Euangelica parabola maniſtum faciam.

Martyrum

Agricola cum ſemen in terram iaceret, amera pa- liud cecidit ſecus viam, quod volucres cœli rabola de- comederunt, aliud in loca ſaxoſa & ſterilia, ſignantur. in quibus pta humoris deſectu exaruit, aliud *Matth. 13*: inter vepreta & dumos, quod quidem excreſcens exſurgere non potuit, led ſuffocatum eſt, aliud cecidit in terram bonam, & dedit fructum, ſed tamen varium, aliud ſcilicet centefimum, aliud ſexagifimum, aliud tricēfimum. Hæc quidem nonnisi parabola eſt, ſed quæ veritatem tamen aliquam in cludat; ager liquidem ille mundum hunc deſignat, in quo magnus ille colonus, qui in altis habita- t, tot creaturas, de rationalibus loquor, fe- minauit; ſed omnes in idem ſolum non eci- derunt: alia enim in latam perditionis, inſi- delitatis, & idololatriæ viam delapsæ, à dia- bolis, terris illis auibus, harpyiſque rapacibus deuoratæ ſunt: videlicet Ethnici & Gentiles. Aliæ in petram obſtinationis, ac periuicaciam & exaruerunt: Iudæos intelligo. Aliæ ha- refelum spinis & errorum vepribus implicatae crefcere quidem cœpere, ſed tandem ab illis ſuffocatae ex crescere non potuere. Etiā me- racente intelligetis hic hereticos deſignari. Reliquæ vero, quæ in terram bonam cadunt, ipſiſ ſunt fideles, qui in terra Ecclesiæ crefcen-

tes fructum adferunt vel tricēfimum, vt Do- ſtores, vel ſexagifimum, vt Virgines, vel cē- tefimum, vt glorioſi Martyres, qui plusquam cetera Euangeliæ & Ecclesiæ ſemina excre- ſcunt & fructum adferunt. Conſiteamur igitur nihil cum Martyrio vel merito, vel digni- tate conſerui poſſe.

Gentium Doctoſ Paulus tanti olim Mart- tyrium fecit, vt ceteris id rebus anteferret, quiq; ſe Apoſtolum priu nominare ſolebat, cum carceris ſordes, imo delicias expertus eſ- ſet, compedes tetigiflet, ecclœſ gustaslet, re- liicto magnifico Apoſtoli nomine, aliud longe magnificentius aſſumpli; vincti ſc. & ca- priu, nomen ſcil. Apoſtoli Martyris appella- tionis poſtponens: *Ego Paulus vinctus Christi; Eph. 3.* & *Ego vinctus in Domino, & in Epift. ad Phi- lemonem ciuem Colofiensem, Paulus vici. Atius Philem.* Iefu Christi. Imitatus ſc. nobiles huius mundi, qui cum ſolito Baronum, Comitum, Marchionum, nomine appellarī ſoleant, ſi Ducatum aliquē adipiſcantur, relictis prioribus nomi- nibus, nomen ab eo mutuātur: qui enim mo- do ſe Apoſtolum Christi Iefu, modo vas ele- ctiōnis, modo tubam Euangelicam, alias Do- ctoř gentium nominare conſueverat, cum in proxima ad martyrium via eſſet, ceteros titulos repudiari, & hunc velut eminentiſſi- um & digniſſimum aſſumit.

Dicta ſuothæc, & prædicta, quoniam ho- die B. Stephanus protomartyris ſolennitatem celebraſt Ecclesia, qui cum in mortis articulo eſſet, lapidibus ſcil. ab antiqua & perfida sy- nagogæ obrutus oculos in cœlum ſuſtulit, & antequam animam redderet, alta voce in- clamat, *Video calos apertos, & Iefum ſtantem à dextris Virtutis Dei.* Hæc mihi hodie ex Epiftola verba delegi, ad glorioſi huius Martyris præconia decantanda, quæ in tria membra diſpergi: primo ſcil. de eius Martyrio aetu- rum ſum: deinde de diuino, quod in tormentis ſenſit; ſolamine: poſtremo illius erga inimi- cos charitatem, affectumque deſontrabo, ſimilque vos exhortabor, illius vt exemplo iniuriarum obliuſcamini. Hæc autem ad Beati Stephanus gloriam, præconiumque non parum momenti allatura ſunt.

Quod ad primum igitur ſpectat, tragicu- huſius

Acto. 6. huius ac cruenti Martyrii historia in Apostolorum Actis descripta legitur: Surrexerunt scilicet quidam de Synagoga, qua appellatur Libertinorum, Cyrenensem, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant à Cilicia & Asia, & sponte cum Stephano: cum vero argumentorum illius efficacia, rationum robori, spirituq; qui in illo loquebatur, resistere se posse differenter, indigne ferentes à Diacono sibi ora obtutari, à verbis venere ad verbera, inque vitam eius conspirantes summiserunt viros, qui dicerent se audiisse eum dicentes verba blasphemiae in Moysen & Deum. Ad lapides itaque condemnatus fuit, & saxis impetrus occubuit. *Et cunctos eum extra ciuitatem lapidabant.*

Leuit. 24. Hocce porro supplicii genus, quo nullum apud Hebreos erat crudelius, ad solos blasphemos castigandos destinatus erat. Ita namque in Leuitico scriptum legimus: *Qui locutus est ad Moysen dicens: Edui blasphemum extra casta, & posnat omnes, qui audierunt, manus suis super caput eius, & lapidet eum uniusus populus.* Ipsa porro blasphemia, ut hoc obiter significem, homicidio anteponitur, tanquam mortem lapidationem grauius & magis detestandum: de pidabantur. hoc enim solum scriptum est: *Qui peccaverit & occiderit hominem, morte morietur: de illa vero: Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimat eum omnis multitudo populi.* Sola ecce mors homicidis intentatur, sed laxeus imber blasphemis.

Leuit. 10. Imo vero idem omnino in hos decretum erat supplicium, quod in idololatras. Si mihi autem credere detrectatis, credite sacrae scripturæ aperte id profitenti: *Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, populus terra lapidabit eum.* Er quoniam idem utriusque peccati supplicium est, necessario fateri oportet, eandem utriusq; malitiam & perueritatem esse: solet enim supplicii gravitas delicti enorimat ut plurimum respodere. Tanta tamè seculi nostri nequitia est, nihil ut in plateis blasphemia audiatur frequentius, hæc sc. Gallica eloquentia est, hæc nobilium & aulicorum schemata & flores, hæc adolescentiū rhetorica. O tempora, o mores, o seculi labes & delectus! o agendationem nihil minus quam Christianam! vbinam modo lapides sunt & saxa; vbinam consueta illa suppli-

cia? cur non obturentur fauces illæ tartaræ blasphemias tam horrendas erucentes & euomentes: sed conglutinemus sermonem abruprum, & intra lineam redeamus.

1of. 7. Eodem quoq; supplicio contumaces olim nobiles & impetrio parere detrectantes à duabus in castis castigabantur. Hinc Iosue dux in obſidio Ierichonico vnum ē suis nomine Achan filium Charmi ad lapides coademanuit, quod solus iniussu ducis vrbem depredauit, omnia vero, quæ abstulerat, igne consumpta sunt.

3. Reg. 12. Idem etiam suppliciū populus iniquis tributorum exactoribus, harpyis illis regiæ gaza erogauit. Hinc Adurā, qui super rationes regis Roboam constitutus erat, sed populum tamē exhaustebat & depascebatur, ab uniuerso populo saxis obrutus exspirauit.

Nallum quippe apud Hebreos supplicio Lapidatio lapidum erat acerbius, nullumque crudelius. crudelissimæ, vt cum Dominus peccas, quibus ini- 3. Reg. 12. quitatem Israel castigatus erat, recenseret, ge Mosaica lapidationem cæters anteposuerit: *Iudicabo supplicium. te in dicitis adulterarum, & effundentium sanguinem, & dabo te in manus eorum, & adducant super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladius suis.*

Hebr. 11. Quis & Apostolus Paulus cum in epist. ad Hebreos tormenta ac supplicia enumerat, quæ martyres perferebant, lapides inter cætera velut precipia ac maxime crudelia recēsunt: *Alii vero ludibria & verbora experti, insuper & vincula & carcera, lapidati sunt, scoti sunt, testati sunt.* Ipse quoq; populi dux Moyses hoc in primis exhortavit; cum enim in populi seditione turbas in se concitatas videret, magnoque res suas in discrimine versari, cum lacrymis ad Dominum conuictus obsecravit hoc ut a se supplicium auerteret: timebat enim ne populus efferaſcens lapidibus in se sequiret: *Quid faciam opulo huic adhuc paululum Exod. 17. & lapidabis me; tu igitur me defende, ac protege, eorumque furorem mitiga.*

Ceterum suppliciū huius crudelitatem magnitudinemq; exagerare volui, quod hoc i- Stephanii patientia psum & Protomartyr noster Stephanus subi- admirabilis. ret, verum tanto animo ac constancia, nullū ut ex eo tormentum sustinuerit, sed potius omni sentiendi vi priuatus fuisse visus sit, ac laxa in rosas cōuerita, *Lapides torrentis illi dilueruntur.*

Quantoque magis saevientium rabies inualebat, tanto & illius robur magis crescebat: quoque plura tormenta patiebatur, quo & maiores ei cœlitus vires subministrabatur. *Ps. 67.* Prædixerat scil. de illo, ac de omnibus in genere Martyribus *Psaltes*, *Mirabilis Deus in Sanctus suis. Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi sua*, ut tormentis infraicta & immobilis persistebat.

Hebr. 11. Atq; ideo sacra scriptura fortitudinem, que vna ē Spiritus S. donis est, Martyribus adscribit: portius quam ceteris; atq; in primis Apost. Paulus, qui hoc eos nomine compellat, *Martyres fortes, acti sunt in bello vita huius. Hunc quoque lectulum Salomonis sexaginta fortis ex fortissimis Israël ambiant, omnes tenetes gladios, & ad bella fortissimi. Mysterii huius abyssum, qui curiosius in dagare voluerit, reperiet ipso in limine per lectulum illum & thalamū regium, Ecclesiæ statum designari, per fortissimos illos Israel sanctissimos Martyres, qui exercitati ad prælia, & certaminib. afflucti, sanguinem suum pro Ecclesiæ tuitio ne profuderunt, vitamq; impendere, quæ de eiusdem statione decidere maluerunt. Hos Deus velut excubatores constituit, arma iis tradidit, robur & animos subministravit. Iteram hæc ipsa alio loco in Canticis explicata & figurata experitus.*

Cant. 4. Videre quæ, pelicet, ut illic sponsa turri undequaq; communia comparetur, quæ a dicitur est cum propugnaculis & munitionibus, ex qua mille clypei & vmbones dependent, atq; omnis armatura fortium. Per turrim hanc intelligite Ecclesiam, per munitionem & propugnacula charismata, & dona Spiritus S. per clypeos, fidem, fortitudinem, patientiam, constantiam & animum quæ sunt fortium, id est, martyrum, herorum illorum Ecclesiæ arma.

Num. 1. Israelites cum Chananæis præliaturis, terramq; promissionis armis paraturis præcepit Deus, fortissimos quoq; ex vniuersa multitudine, ac nucleū totius Israël ut segregarēt. Ecce mandatum, *Tolite, ummam eamque se cœgregationis filiorum Israël, omnium virorum fortium ex Israel. Quod olim Moïs in deserto Sinai mandauit, in Ecclesia quoq; sua quotidie vult obseruari. Caro quippe, mundū, diaboli, debellatus, similiq; re, num celeste suis*

paraturus Martyres, veluti populi florem & totius agminis generosissimos eligit.

Iosue, qui populi Dei aliquanto etiā tem- *Iosue*, pore conduxerit fuit, prælium commissurus, fortissimos torius exercitus admonuit, ut ceteros præcederet, ab hoste tueretur, pro aliorum se salute discrimini offerrent. Ut hoc ipsum proposito adaptem, allegorice omnia capienda sunt. Deus quippe noīter Iosue erit, armati illi & Herculei, qui præcedere iubentur, Martyrum imaginem gerent, qui virtute & constantia armari cœlitus euocantur, ut Ecclesiæ torius agmen ducant, prælium auspicentur, inimicorum cornu proterant, inque fidelium defensionem anima semper velut ri- mili præferant.

Eius hodierna die evidens exemplum in S. Stephano pleno grata & fortitudine videre est, quia Dco velut ceterorum fortissimus electus primus in stadium profiliit, saxa transgreditur, vitam, sed non animū, sub gloriose Martyrio amittit. O generose tantorum futurorum pugilum ducor! o tot Martyrum, qui hoc in bello sequi debent, Princeps! o generose Christi athleta, qui hodie mortem explodis; qui mundi tormenta exsibilas, qui tyrannorum rabiem eludis, qui seditioni populari solus resistis, & victor ne quidquam frendentibus omnibus eudas.

Iam ad oculum videre licet, quod Poeta olim aliud agens ait:

Ac velut in agno in populo cum sepe coorta est Sedatio, sauitq; animis ignobile vulgus.

Iamq; faces, & saxa volant furor arma ministrat.

Videmus hic enim populum furentem ad arma concitatum, videmus innocuo parari infidias, Diaconū vinciri, ferro ad palum alligari, lapidibus obruiri, aciem saxis repleri, furorem vultu emicare, oculos ira scintillare, blasphemias ore nefando egeri, a furore quoque arma subministrati. Hodie quoque verum illud Lyrici fuisse comprobatur:

Si fractus illabatur orbis, Impanum ferient ruine.

Quantum enim inimicorum rabies crescit, tantum quoq; & martyris animus, & generosum illius peccus. Et sane cum infraictu hunc Martyrem in tormentis, eiusque robur nullis tormentis concussum conspicio, rupem aliquam in medio mari constitutam, quæ fluctuum

vento-

III.

Autor. 6.

Vir. Aen. 6.

venatorumque rabiem exsibilis, vel montem Atto, qui trisulcum fulminis telum irrideat; & ut figuram omittam, columnam quandam ferream, aut murum æneum, qui nullam opugnationem perhorrescat, videor videoq; illa Ieremiæ Prophetæ identidem usurpare compellor: *Ego dedi te hodie in ciuitatem muniam et incolam ferream, et in murum æneum super omnem terram: bellabunt ad me, ut me, et non praualebit, quia ego tecum sum, dicit Dominus.* Stephanus profecto noster columna ferrea est, & murus æneus, quem nulla tormenta euincere, aut frangere potuerunt, sed cunus cum tormentis crevit & robur, & fortitudo.

Gen. 8. Arca Noe ingens illa nauis, per quam totus orbis seruatus est, quo magis a procellis exagitabatur, eo etiam cerebatur altius, & Aquilonari rabiem magis resistebat, cælo & nubib. inuidiam factura. Idem de Stephanus nostri anima est iudicium: in tormentorum namq; pelago hodie fluâtans, quanto magis a cruciatis & persecutionibus impellitur, tanto & melius eadem suffert, tormenta explodens cælo que quam proxime accedens; in cuius namq; portu constitutus exclamat: *Video caelos apertos, et resum flani a dextris virtutis Dei.* O egregium pugilem, ac martyrem vere generosum, cui nullus par reperiatur!

Gen. 28. Vedit Jacob dormiens scalam, cuius una extremitas terrâ, altera cœlum tangebat, per quam Angeli ascendebant & descendebant. O mysteria nimium vera! Hæri admirabilis illa scala Incarnationis toti mundo demonstrata fuit, quam extremitate diuinitatis suæ cœlum, & altera humanitatis terram feriebat, per quam consilii Angelus Iesus Christus, ut eum Iacob vocat, cœlo descendit, & cum eo uniuersus cœlestis exercitus, hodie vero Stephanus eandem velat Angelus ascendit, inuentus autem omnes, qui sedebant in concilio, videbunt faciem eius tanquam faciem Angeli.

I. 9. *Ador. 7.* *Exod. 28.* Inter omnia summi apud Iudeos sacerdotis ornamenta & insignia eminebat ipsum rationale, quo pectus illius muniebatur, cum Sancta Sanctorum ingredetur, eratq; ex auro mundissimo, quatuorq; gemmarum ordines continebat. Vefra mihi veniam liceat Auditores Stephanus nostrum hunc Rationali parem Pontificio: dicere, qui Domini nostri Iesu Christi pectus

exornat: ille nimis rationale fuit ex purissimo caritatis auro cōstatum, & varias virtutum geminas & lapides cōplicētis. Quot enim hodie cum lapides circumdant? quot laxa eum cingunt? vnde de ipso illud vñpare licet, *Omnis lapis pretiosus ornamenitum Ezech. 28. tuum, et in medio lapidum ignitorum ambulati,* caritateq; ardentium, quantum ad se, sed furore & rabie, quantum ad Iudeos accensorum. O Martyr victoriis turgide, ac tropheis nobilis! o Martyrum omnium Princeps! o omnium Ecclesiæ Cæsarum & Alexandrorum primus!

Item Ruben filii benedicis singulis valediceret, primo filio Jacob. genito hæc verba habuit: *Ruben primogenitus Gen. 49. meus, tu fortitudo mea, et principum doloris uis mei, prior in donis, maior in imperio.* Evidem omnia hæc de Stephano nostro iure viurpem, & vocem cœlitus audire hodie videor, *Stephanus primogenitus meus, tu fortitudo mea, et principium doloris mei, et primogenitus scilicet Martyrum, Ecclesiæ fortitudo, et initium persecutionum, quas fideles mei passi sunt; tu prior in donis, et charismatibus, tu namque primus cœlos apertos vidisti, eris quoque maior in imperio, omnium Martyrum videlicet maximus, summus in gloria, & in regno cœlesti primus.* Nemina autem exotica, aut peregrina hæc expositio videatur, quid enim Ruben denotat aliud, quam *videns filium, quod optimo Stephano nostro quadrat, qui cœlo aperto Iesum filium Dei in gloria conspicit.* Audiamus, qui exclamat, *Video cœlos apertos, et filium Ad. 7. hominis sedentem a dextris virtutis Dei.* Deinde ille Martyrum omnium, qui Iesu Christi Patriarcharum omnium regis filii sunt, primogenitus extitit, quod nimio alterare auctor de ipso versum illum Psalmistæ intelligendâ: *Ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.*

Paral. 2. Ille quippe primus est, quem in doloroso & amaro Martyrii puerperio peperit, quem supra Hercules, Cœsures, Alexadros & reges vniuersi Deus euexit, o honor summus & immortalis! Solerat summos honores euchi, qui in vñbis alicuius excidio, tamen arite in uris deiectis primi periculo se obniciunt. Hinc Iob, q; in excidio Ierosolymitano primus yallu cōfundenfet, toti exercitus Dux a Davide beneficij memore est declaratus. Ita quoq; Stephanus

Matt. iii. noster in expugnatione Ierusalem illius confessus, quæ non nisi præliando caput *nam regnum cœlorum* impatitur, & violentia rapuum illius. *Scum* primis periculis se obiecisset, a Christo iam aditu parato, Martyrum omnium princeps omniumq; fidelium primus & duxator aummo regum Christo est constitutus.

¶ Paral. 2. Animadab, Princeps totius trib. Iuda, is inquam, qui iu redi a linea & lexu masculino a Iuda immediate descendit, ut cibis Paralip. colligere est, cum vt Rabini veteres ex traditione maiorum & cum iis Genes. rard. edocet Israëlitū Aegypto ex eum in primis mare rubrum ingressus esset, & ceteros omnes, qui fluens meruebant, mari quo se committit & diffidebant, ut sequentur, adhortatus esset, omnesque incolumes traduxisset; Dominus benefici huius & constantia memor nomen illius immortale reddidit, familiæ regnum dedit, posteritatemq; illius sanctam reddidit. Expressit hoc Psalmographus in Psalm. *In*

¶ Psal. 113. *exiit Israël de Aegypto,* &c. dum ait: *Facta est Iudea sanctificatio eius.* Stephanus, velut nouus quidam Aminadab eum primus in mundi humanis, qui velut Aegyptus est, egressus in rubrum Martyni mare, te consecisset, post quem innumeris Martynum centurie ac myriades securæ sunt, immortale sibi nomen pèperit. Deusque memoriam illius ab interitu vindicauit, *In memoria eterna erit natus,* imo & nomen illi regum tribuit. Stephanus enim Greæce aliud non sonat, quam corona, ideoq; eum vt omnium Martynum primum ac Regem voluit haberi. *Ex eorum præregibus tere.*

Ceruorum industria in flumine traxando. Ceruorum aliquod transtutri, vt Plinius & alii tradunt, quo in insulas desertas detinunt, hac vt solent industria: qui cæteris in robore præstare videtur, primus in vada se cœlavit, huic mox alter cornuum onus imponebit, secundo tertius, tertio quartus, sic de ceteris, atq; ita primi auxilio & ope mare transtudo ad insulas perueniunt. *Quid vetat hanc animalium industria proposito nolto adaptare?* Transiudandū erat procellosum illud Martyni mare, vt in beatas, ac fortunatas insulas ita aditus daretur, & ecce Stephanus, qui in stat generosi ceru plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo, primus in hunc Oceanum se conicir, primus suppliciorum tormentorumq; vandas

ingreditur, & impetu carum frangit, huius Iacobus innicitur, Iacobo Bartholomæus, huic Petrus & Paulas gloriösi illi Apostoli, atque ita Stephano agmen ducente & aquarum impetus recundente, omnes Martynum manipuli rubrum illud mare tranabunt, terramq; beatitudinis tandem obtinebunt. Ita namque de se ipsis testantur, *Transiimus per ign. m. & a. Psal. 65.* quam, & eduxisti nos in refrigerium.

Ipse dentique Stephanus est, qui callosum *1. Reg. 20.* martyrii transitum facilem reddidit, qui primus vastum hunc Oceanum tentauit, qui primus iter difficile ingressus est. In lege naturæ primus Martyr fuit innocuus Abel, in lege Mosis primus Achimelech, quem cū octoginta aliis *1. Reg. 22.* sacerdotibus vestibus saceris indutus Saul rex nefarie occidit, inter Prophetas Zacharias, inter Apostolus Iacobus in lege Euangelica: atq; omnium primus Stephanus mortem operat, corpus iæibus obicit, tyrannorumq; fabiem elutit.

Laudatur in sacris literis summopere Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi, quod nimis brumali tempore, cum omnis hominum fortitudo & vires solent deficere, ac manus pra frigore rigere, leonem nihilominus manus suffocari. Et est prosector actus quidam heroicus ac singularis fortitudinis argumentum, tam cruentam belluam profigisse, manibus superasle, idque hibernis diebus, quibus imbecilliores homines videntur, ac velut viribus destituti. Verum si Israëlitæ illius fortitudo deprædicanda est, Stephanus noster robustus maiorem profecto laudem meretur: ecce enim hic alterum Banaiam, qui in media hyeme, & granissime persecutionis tempore, frigidis tyrannidis niuibus omnia cooperiætibus, mortem ipsam mori coegerit, crudeliter illam lexnam, vt si ita vultis, Satanam Leonem illum sexocissimum suffocavit, adeo vt eum debellarit, & supplicem sibi redderet, lapidibus, quibus se petebat, obtuens. Ofactum heroicum, ac vere maleolum! O fascinus Samsonis dignissimum! Audiamus vt opere peracto triumphet, vt victoriam cantet, vt plena voce intonet, *Video caros aper. s;* & ieiun. stan-tem à dextris virtutis Dei.

Cum Martynusq; noster palo affixus staret Stephanus, manus pedeçq; vincitus, nudatus, a carnificibus circumvallatus, lapidum imbre perplutus oculis

IV.

Staphanus

cœlos aper-

tos viget.

oculis cœlum vestus sublati, & cor sursum erigens, nouum quid conspicatus clamare coepit, *Video cœlos apertos, & Iesum, &c.* Petinere ac si dicere voluisset, Sumite iam animos, mortales, cœli, qui iam a quinque annorum millibus occlusi fuerunt, modo patent, ferramenta & repagula ablata sunt, cardines & vectes ferrei remoti, nullosque amplius ante eorum introitum custos, Cherubim cum flammati illa romphaea ante Paradisi aditum collocatus abscessit, liber datur aditus. *Video* namque ianuas apertas, & Filium hominis, hominem illum morti aliquando diuidi cœtum, qui tanto tempore iratum Patrem fesserat, hominem Verbo unum æternum, qui modo Deus est, & cœlo continetur ad dexteram virtutis Dei collocatum, ac proinde supra omnes Angelos, Cherubim, ac Seraphim euctum infinitas gloriae confortem. O conceptus admiratione dignissimos!

Gen. 28.

Iacob lapidi indormiens prodigiosam scalam vidit, angelos quoque in eadem descendentes & ascendentibus, aliaque visiones singulares. Hic vero Martyrum Patriarcha Stephanus, caput, pectus, totumque corpus lapidibus habens impeditum, vidit scalam illam admirabilem, quæ ad beatitudinem ducit, quam Christus ipse erexit; videt non Angelos, sed Angelorum Regem Christum, vider cœlos apertos, & gloriam quæ nobis destinata est. An non auditus, ut inclamat, *Video cœlos apertos, &c.*

Ies. 10.

Allusisse mihi videtur ad visionem, quam vidit dux Iosue, quando in prelio constitutus solem media die stantem & hærentem confixit, Dominu nimirum voci hominis motum gerente. Stephanus enim, velut alter Iosue, medio in certamine positus, & lapidum grandinem experitus, solem iustitiae in summo cœlo stantem videt, eius scilicet virtute constantiaque in admirationem raptum, ipsos quinetiam cœlos aperientem, & omnes spiritus cœlestes tam inuicti athleta robur obstupescant, quod ipse testatus ait, *Video cœlos apertos, &c.*

Doctor Gentium Paulus, cum de tribulationibus, quas secum fideles omnes pati entur, ageret, tantopere calidem exaggerauit, ut dicere non erubuerit, Angelos, hominesque iisdem in admirationem raptos fuisse: *Specia-*

1. Cor. 4.

culum facti sumus mundo, angelis & hominibus. At Stephanus non modo ab Angelis aut hominibus, omnibusque creaturis in martyrio visum ait, sed ipsum Creatorem, Deum ipsum, eius patientia spectatorem adfuisse: *Video Iesum, inquit, stantem a dextris virtutis Dei: quam in rem novos conceptus profaramus.*

Quando igitur eum hunc in modum clamantem audio, dixisse cum saltem innuisse verbo tam autumno: Abrumpite vitam hanc carnicem, sensus ex-abrumpite, iustus ingeminate, faxa duplicate, ponitur. obruite, sub lapidibus me sepeleite, osa hæc confingite; ut nimirum anima carceribus mundi huius egressa, cœlum, quod modo patens conspicio, sine ullo obstaculo ingredietur. Rumpite moras, nolite morrem differre, properate, viam cœlu versus adageute: quamnam illis gaudia parata mihi contemplerunt. *Non sunt corda gne, dixit olim Paulus, passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelatur in cœlo, quod & Stephanus prius verbis illis, Video cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei, significauit.*

Rom. 8.

Cum latam hanc vocem percipio, impetus & bullentes quosdam vapores animæ gaudio nimio transuersum actæ audire videor, quæ pia delitiarum ac letitiae magnitudine exclarinet. Et ut qui longa ac diuturna tempestate g̃ Oceanum factati venus & fluctibus huc illucque agitari, quamprimum ut eminus terram aspiciat, Terra, Terra, Terra, inclamat: (Cuius rei exemplum Mato in Troianis dedit) cum enim aliquor annis per mare Mediterraneum & Aegeum errassent, multaque discrimina adiissent, labores plurimes exantassent, quamprimum ut Italia se in conspectum dedit, Italiam, Italiam inclamare coepiunt: sepius nomen rei exoptatissimæ repetentes. Inhaerent adhuc Poetæ verba eorum clamor,

*Italiam, Italiam primus exclamat Achates,
Italiam secu' late clamore salutant.*

Ad eundem modum Stephanus, cum longo tempore in tormentorum Oceano iactatus, & Martyrii tempestate agitatus esset, eminus terram viuentium conspicatus, alta voce inclamat, cœlum, cœlum, apertum illud eminus video: *Video cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei.*

C. 3.

Cum:

Ag. 4. Cum auribus sonus ille insonat, dicere mihi visus est, quanta, Deus bone, beatitudo mea! & q̄ mea gaudia! quanta mea felicitas! quā nimirū video, q̄ ante me vidi nemo; video per apertas cœli ianuas Angelos, qui me inuentur, & innuunt, ut fortiter hocce suppliū perferam: video quinetiam Iesum stantem, qui in clamato videtur, Bono animo es Stephanus, *Per multas tribulationis sorores intra re in regnum cœlorum.* Sume animos athleta, sustine faxa, equidē crucem sustinui; te quidem lapidibus obruunt, me cruci prius affixerunt: tu vides cœlos apertos, ego eosdem tenebris cooperitos: tu extra Ierusalem expiras, ego in monte Caluariaz animam exhalavi, tu secus pedes adolescentis Sauli martyrium pateris, ego in medio latronum in cruce actus sum. Erit igitur gloriosum, ducem tuum imitari, eamdem cum illo fortem subire. *Quam in rem egregiae mihi historiae in mentem veniunt.*

Phocion dux Atheniensis cum ab ingrata patria ad mortem esset cōdemnatus, videretque in carcere alium, Tudippum nomine, simili supplicio adiudicatum, sed qui fortem suam non v̄ique adeo fortiter ferret, his eum verbis est consolatus: *Non ibi sat̄ est, Tuditippe cum hoc nem̄i: Iisdem mihi verbis Dominus Iesus Stephanum visus est cōsolatus, cum lapidibus cum obrutum videret: Sume animos Stephanus, est tibi non parua futura gloria cum Christo mori, eandem cum filio Dei fortunam subire, & sub faxis sepeliri, v̄i ille in monte Caluariae in cruce expiravit. Verbis itaq; eum & signis est consolatus: de verbis quidem nullus in Scriptura sermo, signa autem manifesta sunt, videret enim cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris virtutis Dei.*

Nemo vñq p̄ræ cæteris dilecte Deo pugil! nemo enim vñquam Sanctorum vidi, quæ hodie tu vides. Omnes enim veteres percurre visiones, & parem non reperies. Noe quidem viditarcam, Abraham Angelos, Iacob scalam, Moyses rubum, Aaron virgam, Gedonvellus, Iosue solem stantem, Ieremias virgam vigilantem, Ezechiel Seraphinos, Daniel giganteæ magnitudinis virum, atque alii alia: at nemo cœlos vidi aperitos, ut Stephanus. O donum

singulare! ô prærogativa regia! ô privilegium nouum, ac nemini concessum.

Vbinam modo es Paule? quomodo his nō contradicas? dixisti olim, *Nec oculus v̄dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ parabant Deum diligibus.* Diaconus ramen Stephanus eadem perfecte intuetur, videret cœlos apertos, officiam illam gloria & divinitis refertam, & quidquid beatitudinis nostræ caput ac summum est. O aquila! ô lynceus oculus! qui elementa visu transscendere, planetarum orbes percurrere, & cœlum empyreum oculis potest rimari, nobisq; in eodem præparatam gloriam perspicere: dicitur namque, *Intendens in cœlum vidi gloriam Dei & simul hominis stantem à dextris virtutis Dei.*

Merito oculos in cœlum leuauit, è cœlo namq; omne solarium & auxilium expectandum est. Hinc David Rex in afflictionibus & angustiis cōstitutus, oculos se cœlum versus direxisse ait, *Ad te leuani oculos meos, qui habitas in cœlo.* Item alibi: *Leuavi oculos meos in Psal. 120. montes, vnde veniet auxilium meum.* Ipse quoq; Dominus Christus Lazarum resuscitatus in cœlum intendit, quasi auxilium & opem, ad tantum tamq; singulare miraculum peragendum, cœlitus imploraturus, *ejus auctem eleuatis sursum oculis dicit.* Ipsa quoque Machabœorum mater, ut minimum natu in suppliciis animaret, solareturque medius in suppliciis constitutum, ait, *et o, nate, ut afficias in cœlum, ita sit, ut non timas carnificem ium.*

Et sanc verissimum est, solum cœli asperatum, solam loci tam amoeni contemplationem Thebites in Herculæ fortissimos commutare posse, timidos ad tormenta rapere, consolati afflitos, eolq; in suppliciis reddere insensibiles. Ipse namque Hieronymus Euthochio Romanæ Virgini scribens, sola hac eam meditatione verum reperire solarium posse ait: *Egredere de carcere, & prægenitus lab. ris tibi ante oculos pingue mercedem, quam nec oculus vidi, nec auris audiuit.* Tetsis huiusce rei fit Apostolus qui cum aliquam tantum illius scintillam vidiisset, præ gaudio & admiratione raptus exclamauit, *Domine, quid n. e. vis facere?* *Ad. 9.* anne mundum deserere, mortem subire? Dic igitur, num cœlestis gloriæ meditatio & in tuitus

V.

*Psal. 112.**Ioan. 11.**2. Mach. 2.**Ad. 9.*

tuitus magnopere ad animum alicuius confirmandum, aut robur luggerendum conducent. Eius rei exemplum in athleta Stephano hodie manifestum est; cum enim cœlos aperitos vidisset, felicitatemque cœlestem iam ex parte regustasset, lapidum laxorumq; imbre quasi insensibilis despedixit, & clamauit, *Video cœlos apertos, & Iesum stantum à dextris Virtutis Dei.*

Quod nam vestrūm haec de re iudicū Philosophi? quid de hac cœlorū refectione dicitis, o Theologi? Quomodo verba illa hyperbolice prolatā, *Video cœlos apertos, capiēda sunt?* anne cœli aperiri quē ut, anne deduci ac reserari quasi fores? anne fenestras aut ianuas habent? Nequaquam nihil horum in cœlos quadrat; sunt enim corpora incorruptibilia, quæ nec frangi, nec aperiri queant, adeo ut quod Stephanus hic ait, non de vera quadam visione, aut sensibili corporū cœlestium, quæ solida sunt & tanquam ænea, apertione intelligentum sit. Iob namque Propheta ait, *Solidissimi sunt cœli, & tanquam ære fusi, quod & ipsa confirmat ratio.*

Iob. 37. Ostenditur ut enim aliquid per fissuram quamdam cœlestem cōspiciatur, magnam sane eandem cœlestem aperturam, ne forte vīsus deficiat humānus, & ipsum videri non possit, deinde splendissimi & micantissimi coloris, is enim obiectus vīsus est, atque ira inutilis & frustra hæc cœlorum apertio foret, quia cum cœli diaphana & transparentia corpora sint, res ipsa videretur, etiam sine vīlla rima aut fissura; eomodo, quo stellas quæ firmamento affixa sunt, septem aliis orbibus interpositis, & eorum aspectum non impedientibus videmus. Adhac si hoc se ita haberet, non sine miraculo id contingere dicendum est: necessarium namque foret, vel spatium interiectum vacuum manere, quod præter cōmunes naturæ leges est, quæ à vacuo nimium quantum abhorret: vel elementa ipsa, centro suo relicto, præter communem rerum ordinem in altum sustolli ad vacuum illud repleendum.

Ezech. 1. Dieendum est igitur aperturam hanc veram nō fuisse aut realem, deinde cœlos numquam apertos fuisse: atq; etiam cum in Scriptura idem aperti leguntur, (vt apud Ezech. *Cœli aperti sunt, & vidi visiones: in Apocalypsi quoque, Ecce oītum apertum est in cœlo: item*

apud Matth. in baptismo Christi Iesu *Cœli a- perti sunt.*) id fieri, vel quod simpliciorum se accommodare velit captui: veluti cum dictū est in diluio cœli cataractas referatas, vt ita ingentem pluviā designaret: vel vt hinc manifestum fieret, eos quos scribitur cœlum apertum vidisse, imaginariam quandam visionem habuisse vel somniantes, vel vigilantes, per q; ipsis cœli aperti videbantur. Quamquam per hanc aperturam splendor quidam præter consuetudinem in aerea regione apparet, imaginationemque, quod reuera in rerum natura non existat, demonstrans intelligetiam queat.

Atque ita intelligenda est Martyris nostri *Visio Ste- phis, firmiterq; tenendum, præsertim acce- phani non dentate ratione, cœlos ei minime apertos vīsos, fuit vera vi- sed imaginariam tantum eorum aperturam sio, sed tan- fractionemq; oculis illius fuisse exhibitat: tum imagi- nata namque illos aeris partes feriebant, vt à se naria.* mutuo diuisa & separatae viderentur: q; fieri potest, si partes, quæ à se inuicem separatæ vi- dētur, densiores & lucidiores sīat, adeo vt vi- sum sīstere, & ad te rapere queant, ipse quoq; aer interiectus rarefīcat. Hoc ait si ciopictores vīntur, vt nobis ianuas fenestrāq; demon- strant, colorem album & lucidum feruore a- liqua nigredine circa extremitates obscuran- do. Atq; hunc in modum cœlorum apertio- nem in Messia baptismo interpretatur do- cissimus Suarez. Sed noua hic difficultas se- offert; neque enim solos cœlos se apertos, sed gloriā etiam Dei vidisse ait, *intendens in cœ- ium vidit gloriam Dei.*

Lyranus vir doctissimus, & in expositione difficultatum biblicarū peritissimus, cum in hunc locum incidisset, tres opinione adferit, quæ omnes visionem hanc Stephani diuersi- mode exponunt. Sunt enim aliqui, qui hanc nonnūli de visione mentali intelligunt; atq; ita Stephanū non modo Dei gloriam, sed ipsam quoq; diuinitatem vidisse, vt & Paulus, cum ad tertium cœlum eūctus est. Atque huius opinionis fuit Gregorius Nyssenus oratione de S. Stephano, Augustinus sermo. 99. de diuersis: qui ait, ipsummet Deum, quin & SS. Trinitatē à Stephano vīsam. Alii hic visionē quandam imaginariam capiunt: docent enim Deum in Stephani imaginativa species quaf- dam proprias, ciuisq; essentiam repräsentare

*Tres sentē-
tiax inter se
discrepātes,
de eo q; Ste-
phanus vi-
derit gloriā
Dei.*

valēt

valentes efformasse, ut in multis Prophetis fecisse comprobatur: atq; hos sequitur multæ visionis lectionis; Tostatus. Sunt de-
nique & alii, qui hic visionem tantum corporæ intelligi putant, qua Martyr hic Iesum & hominem tantum vidit; non quod oculi virtutem aliquam habuerint, qua Iesum Christum in cælo empyreo constitutum viderint, visus sui-viuacitate omnes cælos penetrantur: sed exteriorem quandam angiem aut imaginem Christi oculis eius oblatam, huius in eo visionis causam fuisse, eo propemodum modo, quo Angelii a facultatibus sensibilibus videri perhibentur: ut hæc tamē effigies ipsa divinitas, non nisi per puram quandam representationem fuerit.

Placer hæc sententia doctissimo Carta-
no, eamque & alii celeberrimi Doctores am-
plicentur, ut gloriam Dei vidisse, non sit
pure & simpliciter Deum vidisse, quia vul-
garem illam Scripturæ sententiam sequendo;
Deum nemo vidit inquam: sed solum clarita-
tem quandam corpoream, vel splendorem
exteriorem, Deisimul præsentiam includen-
tem, quam Stephanus per lumen hoc agno-
seebat, diuinitatis præsentiam ex representa-
tione speciei colligens. Respondet per o-
mnia opinioni huic sacra Scriptura, quæ se-
pius loco gloriae Dei accipit aliquid, quod
præstantius & eminentius sit, imo vero, ut in-
gentem aliquem splendorem exprimat, glo-
riam cum Dei interdum appellare conuenit.

3. Reg. 8.

Exod. 40.

Luc. 2.

Lib. 3. c. 5. ep.

ad Galat. ii.

Atque imprimis, ut id manifestum faciam,
tertio Regum legitur, templum perfectum à
gloria Dei compleatum esse: item in Exodo de
tabernaculo Mosis, & in Euangelio de splen-
dore illo eximio, qui pastorū oculos in Iudeę
montibus perfrinxerat. Confirmat hoc testi-
monio suo Hieronymus, atque, *Significat &*
aliquid in Scripturæ diuinæ gloria, cum angustias a-
liquid atque diuinum se probet omnibus. Con-
cludamus igitur per omnes illas visiones, qui-
bus diuinitas aut Dei gloria visa declaratur,
& hanc, quam & Stephanum vidisse dicimus, non designari aliud, quam ingentem quen-
dam splendorem in medio aëris apparentem,
qui se oculis illius offerret, qui Deum haud
procul abesse significaret. Itaque hæc, *Video*
cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis
Dei, intelligi debere: quod facite. Interca-

ipse ad ultimam orationis partem descendam.

Generosus ille ac infractus *Martyr*, cum spiritum iam extremum diceret, confrusus & collitus, totoque corpore laceratus, manus in cælum susluit, proq; inimicis & tortoribus

VI.

Stephanus, p
inimicis suis
orauit.deprecari coepit: *Domine Iesu, suscipe spiritum**meum, & ne statuas ille hoc peccatum.* Duo à

Domino petunt, huam & inimicorum salutem,

tamque hæc quam illa cara ei existit. O charitas admirabilis, & incredibilis! de inimico-
rum ecce salute solitus est, & propriam ne-
gligit. Didicerat id à summo illo doctore, qui

id ipsum in cruce moriens, a Patre postulauit,

*Pater, gnosce illu, quia nesciui, quid faciui: Luc. 23.*peccatum illorum, fateor, iungens est, sed ma-
ior eorum ignorantia est, quam malitia, pu-
tanque pelle latronem, superbum, vinorum,

pseudoprophetam cruci affigere, sed Messiam

suum filium Dei, mundi Redemptorem oc-
cidunt.Q igitur derastrandæ inimicitæ: ô abomi-
nanda vindicta! ô postilens ac perniciose in-
inimicitiasiuriarum memoria! anne adhuc dominabi-
& vindictas.mini? adhuc in Iesu eritis? Iesus Christus pto *Math. 5.*

inimicis deprecatus est, Stephanus in iuraru

obliuiscitur, & tantane alicuius erit audacia

& impudentia, qui earum recordetur: Filius

Dei & Protomartyr, ac Martyrum Princeps

pro inimicis carnificibus supplicant: & ho-

mines eosdem oderint, & vindictam de iis

sumete desiderant? An non in proxim redu-

cetur sententia illa Euangelica, *Ego autem dico Luc. 6.**Yobis, Diligitte inimicos vestres?*

O furores brutales, ô cholerae tartareæ, ô

odia cælo exosa, & diabolo progenita! Hinc

Iacob Patriarcha cum in mortis articulo ver-
saretur, omnesque filios altantes benedictio-

nem paternam præstolantes videret, Simeon-

& Leui acriter castigavit, dicens: si-

*meon & Leui, fratres vestri, iniquitatis bellantia, Gen. 49.**in consilium eorum non veniat anima mea, &**in catu illorum non sit gloria mea, maledictus fu-**ror eorum, quia pertinax, & indignatio eorum,**qua dura.* Erant quippe hi pleniracundia &

cholera, iniuriarumque illatarum obliuisci

haudquam poterant: fuerant hi nimirum

qui Principem & chimirum vindice manu

interfecerant, vibem diripuerant, muri de-

nudauerant, incolas ferro deluerant, quod

in sororem corum Dinam inaurii existivit.

Quam-

Quamobrem pius ille senex, cum in morte illorum reminisceretur, indignans maledixit illis, *Maledictus furor eorum, quia pertinax, &c.* O igitur maledictus furor! ô pertinacia detestanda! ô iram nimis obduratam! Nolebat scilicet Patriarcha ille, filii ut vindictam meditarentur, deque iniuriarum vltione cogitarent.

Ipse quoque Pater coelestis nihil tantoper re à iuis postulat, quam ut amicitias colant, concordiam inter se seruent, pacem & charitatem mutuan, iniuriarumq; obliuionē am- plectantur. Hinc factum puto, quod olim a-

Leuit. 7. cetera tabula argentea à Principibus tribuum in dedicatione tabernaculi offerri voluerit. Designabat scil. hæc figura, tunc cum Deo anima, tabernaculum illud præstantissimum dedicamus, cordis nostri acetabulum eiderem offerri debere, vasculum illud amaritudine, cholera, felle, bile, vñscendi desiderio plenum. O triste & acre acetum, quam amarum absynthium! Audite, ut hanc à nobis oblationē Deus desideret, *Fili, prebe mihi cor tuum:* ut porro demonstraret, acetabuli instar illud esse, ait, *Mibi vindictam & ego retribuam, id est offer mihi cor tuum, da mihi acetabulum hoc, vindictas illas, iras, indignationes, iniuriarum vltiones, in me transferfurores illos particulares.*

Num. 6. Inter cæteras quas olim leges Deus stabiliuit, erat & illa, *Vir siue mulier, cum fecerint vatum, ut sanctificantur, & se voluerint Domino cœfrare, à vino & omni, quod inebriare potest, abstinebunt, acutum ex vino, & ex qualibet alia potionē, & quidquid de vua exprimitur non bibent.* Non tam acetum, quod in vñsu hominum est, lex hæc respicit, quam acetum illud spirituale, id est, cholera & iram, veram cordis acredinem, qua ebriatur, turbatur, cuius fumosis vaporibus & acrimonia rationis vñsus offuscatur. Designat igitur lex hæc, omnes, qui se cultui diuino mancipant, à fumoso illo vino, quod caput opplet vaporibus, & cor vindictæ cupiditate, anima, que inebriat, sibi cauere, & ab aceto illo teterrimo diligenter-

Matth. 27. sime abstinere debere.

Marc. 15. Cur putatis Redemptorem nostrum Christum in cruce pendentem, cum in mortis periculo & vita termino constitutus esset, acetum

sibi offerri voluisse, cum præ suppliciorum acerbitate exhaustus plena voce in clamasset, *Sitio? indicare voluit, se salutis nostra sita laborantem, & propemodum mortuum inq; alterum mundum abeuntem, fel & acetum, id est, lices & rixas, vindictæ cupiditatem, vltionis que sitim, furores & iras, quæ in mūdo erant, absumere ac secū deferre voluisse.* Quā amara spongia, aceroq; plenæ sunt, animæ ita furor saturata & perpotata: eia agite, Iesu Christo easdē offerte, delectatur idipsum bibendo, laborat adhuc siti, refici vult, audite quæso, ut exclamet, *Sitio.*

Cant. 4. Sponsus ille in Canticis sponsæ suæ venustatem ac pulchritudinem demiratus, inter cætera ait, oculos illius esse ad instar columbarum. Columba animal mundissimum est, quod felle & cholera careat: ita anima, quæ per sponsam hanc designatur, felle & vindictæ appetitu carent, castitatem diligens, merito laudari, & à Deo diligi ac foueri debet, atque huiusmodi cum fuerit Beatus Stephanus, idque singulari Dei priuilegio, merito cœlos apertos videt. Vnde manifeste colligi potest, patere cœlum iis, qui pro inimicis Deum depectant, iniuriaq; admissas in se facile remittunt. Audite namque ut clamet, *Ne statuas illis hoc peccatum.*

Romanæ eloquentiæ Parens ac Princeps Tullius cum Q. Ligarium, quod à Pompei partibus steriles, in senatu coram Iulio Cæfare dictatore defenseret, his apud eum verbis adulando vñsus est, *Nihil oblinisci soles, nisi iniurias, i.e. ipsa tñrophea & de hostibus partæ victoriæ, admirabilem ac celebrem redunt, verum quod inimicis ignoscas, iniuriarum obliuiscaris, cum omnibus in gratiam redeas, longe te admirabiliorē ac prope Deū confituis. Quanto potiori iure de Christianorum Cæfare, de Martyrum Principe Stephano eadem vñstrpē, *Nihil oblinisci soles Stephane, nisi iniurias: inimicis ignoscis, pro persequentibus Deo supplicas, vitam iis postulas, qui mortem tibi inferre satagunt. O charitatem penitus admirabilem!**

Immortali præento Aristidem celebrat Aristidis in Græcia, hic namque cum ab ingrata patria in patriam amorem exilium actus, & iam vrbe egressus esset, genibus in terram prostratis, oculisque ad cœ-

D lum

Tom. 3. Bessai de Sanctis.

lum erexit deos oravit, ne iniuriam hanc in se innocuum admisiam digna castigatione punirent, aut quid grauius in patriam statuerent. Noli in tuorum laudibus enarrandis infanire, ô Græcia: Stephanus namque noster amplius quid hodie præstat: cum enim non modo ad exilium, verum ad mortem crudelissimam condemnatus esset, iam in extremo vite constitutus, in genua procubuit, oculos, & cor ad Deum fustulit, ei supplicat, inimicis ut ignoscat, iniuriamque admisarum memoriam deponat. Orat enim, *Ne statutus illis hoc peccatum.*

Eia agite, Christiani, ut tandem aliquando optatum portum ingrediamui. Hæc omnia in vestram utilitatem converte, dite obsecro è morte & martyrio pto martyris huius, qua ad beatitudinem perueniatur via, alii per crucem, per gladium alii, hic per faxa codem pertigit. Vera igitur Apostolorum sententia est: *Per multas tribulationes oportet intrare in regnum cælorum.* Discite, inquam, à genero illo pugile, à strenuo illo athleta, charitate & clementia pleno, inimicos vestros diligere, ignoscere, qui vos ad iracundiam prouocant, iniuriarum memoriam deponere, lites & rixas cuire, vindictamq; non suture. Hac namque ratione datur cælos videre apertos, & ad beatitudinem pertingit.

Tu vero, ô gloriose & coronate Stephane, Martyrum Patriarcha, Ecclesiæ primogenite, prime fidei nostræ testis, fidelium honor, gratiam nobis impetra, tuo ut exemplo & imitatione ad fortiter agendum & patiendum incitemur, & ad virtutum tuarum prototypum vitam nostram cōponamus, tu, inquam, generose Christi athleta, sacri Martis pulle, fidelium Hercules, Heroum illorum sanctorum gloria, infrae, immobilis, inuincibilis, qui in fortitudinis signum, palmam strenuitatis, victoriaeque symbolum (quo enim illa plus optimis, eo & sublimius erigitur) manibus & coronam capite gestas, quod & nomine tuo præsers: in signum scil. imperii, dominii ac regie potestatis, in signum, inquam, esse te Martyrum omnium caput ac regem. Tuitaque Dc dilecte, præ cæteris Sanctis priuilegiis donate, eo quod cælos appetos videris, quod nulli vñquam sanctoru

datu est, succurre, auxiliare nobis nostrumq; patrocinium suscipe. Precibus tuis impetra, ut quemadmodum Iudeorum ferocientium faxa constantia tua superasti, nos quoq; per persecutionem mundi huius faxa cum victoria transeamus: & ut ipse & vitam & sanguinem amissi, ita nos quamvis vtrumque cōmode præstare nequeamus, carnis saltem appetitus sanguinem, concupiscentiaeq; robur amittamus. Denique quemadmodum inimicis iniuriam remisisti, proq; iis Domino supplicasti, qui te ad supplicium trahebant, ita nos amemus, qui nos odio persequuntur, benefaciamus malefacentib. omnesq; iniurias tua potissimum imitatione, obliuionis tumulo condamus: ut post crudele vitæ huius martyrium, cælos quoq; ad tui exemplū apertos videre, & tecum cœlesti beatitudine perfrui mereamur: cuius nos participes efficiam, qui viuit & regnat cum Deo Parce & Spiri-
tu S. Redemptor noster Christus. Amen.

N F E S T O S. I O A N N I S E V A N G E L I S T Æ.

Partitio.

1. *Degratitudine.*
2. *Denonnullus S. Ioannis prerogatiu.*
3. *De nomine dilecti & accubitu, supra pectus Domini.*
4. *Detulela Matris Iesu Ioanni credita.*
5. *De quaestio: Quid autem hic?*
6. *De S. Ioanni permanentia.*

Hic est discipulus, quem diligebat Iesus.

Ioan. 21.

F I G V R A.

A C O B, Patriarcharum veterum decus & *Gen. 37.* ornamentum inter duodecim quos habebat filios, Ioseph minimum natu potissimum diligebat, maioriq; quam cæteros amore & affectu prosequebatur. Ita Christus minimu natu Ioanen inter duo decim Apostolos maxime dilexit & sicut. Ille nimurum carissimus illius